Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1025
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



pinguis melle dilectionis. de quo cum premeret tam
opulente tam iocunde gutte distillabant. Dne
ne statuas illis hoc peccatum. Vir beate quantam
spem donas peccatoribus amicis tuis. cum audiunt te
sic sollicitum fuisse pro impiis inimicis tuis. Vas kari
tas super habundans plenitudine. qua ubertate po
tabis desiderantes amplecti te intra cor suum. cum
sic superfundis eicientes te extra ciuitatem suam. Cum
sic propinas furore anhelo irruentibus in te. quomodo refo
cilabis timore anhelos fugientes ad te. Dne ne sta
tuas illis hoc peccatum. Quomodo respondebit inuocatus.
qui sic obiurgabat prouocatus. Quam benigne foue
bit humiles exaltatus. qui sic superbis succurrebat
humiliatus. Qua celeritate liberabit afflictos potentes.
qui sic affligentibus subueniebat afflictus. Illi festi
nebant auferre animam tuam. tu satagebas anima
bus eorum reddere uitam suam. Illi rigido collo mag
no furore fremebant ut te perimerent. tu positis
genibus uoce magna orabas ne illi perirent. Vtique uoce
magna. quia karitate magna. & positis genibus. quia uera
simplicitate. Superbia humilitatem subcote tribula